

686.

1279 d. 26 Aug.

Kon. MAGNUS Is Tillståndsbref för Bisk. HENRIC i Linköping att anlägga en stad vid Berga i Finveden.

A. 3. o. 1: 9.

Omnibus presentes litteras inspecturis. M. dei gracia Rex Sweorum, salutem in domino sempiternam. Presentibus litteris constare uolumus presentibus & futuris Nos admississe & licentiam dedisse domino. H. Episcopo Lincolpensi ut in terris quas habet in uilla Bierghom Finwidie. uillam forensem constituat prout melius uiderit & nouerit expedire Jtem uolumus quod dicta uilla cum in ipsius terra constituitur tam in regalibus omnibus causis & juribus quam Episcopalibus dicto Episcopo & suis successoribus pertineat pleno iure. Datum anno dominj. M°.CC°.LXX°. Nono. Sabbato post festum beati bartholomej apostoli.

Sigillet tillika med ett stycke af brefvet bortskuret.

687.

1279 d. 17 Sept.

Söderköping.

WERNER BRUNKES Salu- och Sköte-bref på jord i Ekeby till Bisk. ANUND i Strengnäs.

A. 3. g. 1: 8.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Vernerus dictus brunco. salutem in domino ihesu christo Coram uniuersitate uestra tenore presencium recognoscimus. nos predium dictum echeby uidelicet quindecim solidos terre cum dimidio. venerabili patri domino Anundo strenggiænensi episcopo pro triginta marcis denariorum vsualis monete legaliter uendidisse presente & consenciente domino nostro rege magno. Ex cuius liberalitate nobis dictum predium scotatum fuerat perpetualiter & collatum quam quidem summam pecunie nobis integraliter numeratam & solutam esse protestamur. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro fecimus consignari. Datum anno domini. M°.CC°.LXX°.IX°. in uilla suthurcopie in dominica proxima post exaltacionem sancte crucis.

Sigillet bortfallet.

688.

1279 d. 11 Oct.

Ydö.

ULFHILD MAGNUSDOTTERS Bref rörande utbyte af Wi i Ydre härad mot Frösberg i Westergöthland till hennes man BIRGER PHILIPSSON.

A. 6. a. 1: 19.

Vniuersis presentes litteras inspecturis V. quondam magni legiferi filia salutem in domino sempiternam. Tenore presencium vobis constet. Nos

cum dilecto marito nostro. B. philippi filio. in hunc modum fecisse commutationem curiarum presente fratre nostro domino. B. legifero & fauente recepimus ab ipso vnam curiam in vesgocia dictam frøsbierg. cum omnibus suis attinenciis. per omnem acquisitionem legitimam. martino de slyckio pre festa recepcionis huiusmodi proloquente. reliquimus autem ei vnam de curiis nostris sitam in ýdre nomine. v̄y. cum omnibus eius adiacenciis. per omnem alienacionem legalem. dan de arastad pre festa alienacionis huiuscemodi discernente. maritus vero noster prefatus nominatam curiam in v̄y. dilecto fratri nostro domino. b. legifero osgothorum pro trecentis & sexaginta marcis maioris numeri vendidit cum nostro consensu beniuolo & fauore. ac nostro pariter interesse nos autem istum contractum sub vlacione diuina prohibemus per heredes nostros genitos vel gignendos verbo vel opere retractari. ad cuius facti euidenciam plenioram. has litteras. siggillis. domini regis. M. dominorum episcoporum. vpsalensis. lyncopensis. skarensis. strengenensis. domini iohannis. philippi. domini iohannis karuli. nec non sepe dicti mariti nostri vna cum nostro. fecimus siggillari. Actum apud ýdø anno domini. M°.CC°.LXX°.IX°. V° ýdus octobris.

Blott 2:ne de sista Sigillen hafva blifvit satte under brefvet: de äro bortfallna; röda silket finnes qvar.

689.

1279 d. 11 Oct.

BIRGER PHILIPSSONS Bref om utbyte af Frøsbierg mot Wi, och försäljningen af det sistnämnda.

A. 6. a. 1: 20.

Omnibus presentes litteras inspecturis. B. quondam philippi filius salutem in omnium saluatore. Tenore presencium vobis constet. nos assistente domino benedicto osgothorum legifero et fauente. cum dilecta vxore nostra vluidi in hunc modum inisse cambium curiarum. recepimus ab ipsa vnam curiam scilicet. v̄y. in ýdre. cum omnibus eius adiacenciis. per legitimam alienacionem. Dan de arastad. pre festa. aliis discreciorebus commanentibus iustimode discernente. nos vero reliquimus ei. aliam de nostris sitam in vesgocia nomine frøsbierg cum ipsius attinenciis vniuersis. consimili alienacione. martino de slyckio pro hac parte pre festa legaliter proloquente. Set nos dictam curiam in v̄y. prefato domino. B. legifero pro trecentis et sexaginta marcis. maioris numeri. cum omni alienacione iusticiaria. vendidimus. Karulo falca de skortobý. pre festa huius curie disserente. prohibentes heredibus nostris progenitis seu non progenitis istud aliquo modo verbo vel opere retractare. Ad cuius rei euidenciam. siggillis. domini. regis. M. domini vpsa-